



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Benedictus Fernandez.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

## OCTOBER.

*P. Benedictus Fernandez.*

*Iustinus.  
Nangasabi.  
2. Oct.  
1633.  
stat. 54.  
Sec. 38.*

*Fides.*

**H**ic à P. Vasco prædicatorum fuit, fore ut in fidei odium cæderetur. Tulit, fecitque quàm plurima in Iaponia pro fidei felicitatis incrementis. Aduersarij ipsi miram hominis eloquentiam, nec minorem virtutum ac morum quàm linguæ elegantiam, in eo amabant, atque laudabant. Cùm captum hortarentur, ut à Christi fide deficeret; negavit decere id hominem, aded ab ipsis laudatum; datâque illis in libello de fide lucubratione insigni, fidei suæ breuiarium ac tesseram illis explicuit; simul corpus obtulit ad tormenta pro illa fide. Sublimi equo, ceu in triumpho-

tr  
a  
a  
D  
d  
d  
ir  
n  
a  
p  
v  
  
c  
c  
u  
p  
P  
ri  
ra  
d  
A  
if  
ri

triumpho, vectus, ab inuitis  
at Imperatorem timentibus,  
ad foueam damnatus est.  
Depositus de patibulo dein-  
de tamen est; ne tã citò vitã  
decederet. At brevi postea  
in carcere gloriosum vitæ fi-  
nem inuenit. Eodem die  
ac eadem de causa in foueæ  
patibulo pendens migrauit  
victor.

*P. Paulus Saitò.*

Obijt athleta felix postea  
quàm septem dies pependit  
capite deorsum prono in fo-  
ueam, sine cibo, sibi tamen  
præsens, dicensque; se ante

*P. Benedictum* minimè mo-  
riturū. Et verò eadem ho-  
rã, & ferè momento, vterque  
decessit. Illud stupendum.

Aiebant satellites; se coram  
istic adfuisse, attentisque au-  
ribus accepisse verba duo-  
rum.

*Iaponis,*

*ibid.*

*2. Oct.*

*1633.*

*etat. 57.*

*Soc. 26.*

*Fides.*

*Charitate*